Lyncker:
Methodus
universi
juris
Pandectarum
dichotomica.

1678.

Kc 3240 q

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0004-8

# NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI, JC^TI,

ET

IN ALMA SALANA ANTECESSORIS,

# UNIVERSI JURIS PANDECTARUM METHODUS DICHOTOMICA.

JENÆ
Sumptibus BIELKIANIS:
Typis JOHANNIS NISI, ANNO
M DC LXXIIX.

P. 4
Kc 3240a
KŒNFRIED UNIVERS ZU HALLE
4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0005-4

DE

# USU

HARUM

# TABULARUM

## PRÆFATIO.

DIverſum planè hujus Operæ à curis Aliorum Methodicis, quas bene multas, in ſinuoſos *Pandectarum* Libros, hæc noſtra & ſuperior vidit ætas, Inſtitutum eſt. Nec enim ſola hîc *Tractationis Juſtinianéa συνέχεια* & Cohæſio firmatur; niſi quòd in ipsâ etiam *connexione* plurima emendata, illudque ſtudioſè actum videas, ut ex accuratâ *terminorum oppoſitione*, eâque per totum corpus *bimembri*, eorundem indoles & *habitudo*, tum & *fontes* unà cum illorum dependentia & *prædicatione*, (neceſſariô utique ad *docendum* pariter *diſcendumque*, & vel maximè arguendum, in quotidianis cathedræ forique *diſputationibus*, [illegible]iperentur. Verùm etiam *Rubricarum* ſ. *Titulo*-[illegible] atque rurſus *Membra* Partium, diſtinctè exhibita [illegible]unque vel ex Lectione *Commentariorum*, vel *Ex*-[illegible]*nſis* beneficiô ſubinde haurimus, ad ſuum quod-[illegible]antumlibet infinitum etiam foret, magnâ ſtu-[illegible]i, nullô negotiô, referre; ac exinde, cùm opus [illegible]è repetere liceat. Nempe nulla alia forenſi Di-[illegible] totique adeò veræ Jurisprudentiæ *Pragmatia*, [illegible]ata illa *Cauſarum methodus*, aptior eſſe poteſt: [illegible]ùm nonnulli in laboribus ſuis nimiùm quantùm [illegible]; ideò quem *terminum* cujusque Tituli hâc ipsâ [illegible]ctu ſperatô, evolvere liceat, aſteriſco (*) notatum [illegible] etiam in cæteris apparatu, quô vel per *Tabulas* vel aliter, nec minùs tamen ſolidâ diſpoſitione, eniteremur. Et ne quid tractationi Juris Univerſi deeſſe poſſet, ex *reliqua* Juſtinianéa prudentiâ affines Tituli *Suppletorii* adhibiti, nec non ſi *Moribus* poſtmodùm aliqua acceſſiſſent, quibus hâc in Pandectarum digeſtione ſedes aliqua conſtitui deberet, etiam ea capita ſuis quæque locis inſerta ſunt. Nam *cætera*, quæ ad Pandectarum Commentarios non niſi ex longinquô pertinent, aut quòd eorum, citrà inſtitutum æquabilis Pandectarum expoſitionis, difuſa magis ſuſcipienda foret diſcuſſio, ad *Repertoria* nonnulli & *Theſauros*, vel etiam ad *Authores*, ſi qui unum alterumve ſtorum Capitum integris Tractatibus perſecuti ſunt, commodiùs referentur. Itaque ſive *initia* ſtudiorum roborata, ſive *progreſſûs* inſtauratos cupias: utrique Inſtituto Methodus hæc diſerviet. Nam hîc aſſequimur ductûs faciles in *reperiendis* Pandectarum *Titulis*: ſuffultâ probè, dum rationem ordinis intelligimus, & impensè adjutâ *memoriâ*. Hîc etiam *theticè* inculcantur ſecura & examinata ſententiarum *principia*, & via latente modô panditur *curis ſublimioribus*. Hîc ſemita brevis, & dum non niſi recta & fructuoſa eſt, haudquaquàm difficilis, monſtratur, expediendi complures etiam *doctrinas intricatas*, ùt eſt Jurisdictionis, Pactorum, & ſimiles, capitibus earundem aptè *diſpoſitis*. Hîc manu quaſi ducimur, ut involutas quoque multis reſpectibus vel theorias, vel *caſuum* & *ſpecierum* anfractûs, curatis, & quæ nil quicquam elabi permittunt, *Tabularum* compendiis, exſuperemus. Quin & ſuſcentis eum in modum laboribus noſtris, *Inventionem* adjuvabimus, cujus ſtudium hactenùs tantopere neglectum eſt vel ex *propriâ*, ſive ipsâ quam directè ſequeris doctrinâ, & tum ex *Cauſis* tum *Effectibus*; vel ex *Contrariis* & *Affinibus* ejus, uberiora Argumenta in promtu habeas. Veluti igitur hæc opera cumprimis aperiendæ Methodo ſtudet, pluribus ſtudiorum adminiculis in *Analytica* etiam & *Brocardicâ* Jurisprudentiâ, alibi traditis: Ita *plenam* & *extenſam* cujusque Tituli evolutionem, *Commentariis* amplioribus, ad receptam, eamque neceſſariam, & vel ſemel ineundam Pandectarum ſeriem, complexus eſt Author: Intereà *has Tabulas*, (queîs complures, dum Juris Profeſſioni in inclytâ Gieſſenâ præeſſet, privatô ſtudiô, ſed magnô ſui emolumentô, innutriti ſunt,) nunc quidem *uſui publico* concedere placuit. Fruere hâc etiam curâ, B. L. & longùm Vale.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0006-9

❧ (o) ❧

# METHODUS UNIVERSI JURIS PANDECTARUM DICHOTOMICA.

## *PARS PRIMA.*

**LIBR. I.**

PANDECTIS, in *Judiciorum* modum redactis, &

1. PROTRIBUNALI A continentur: Hæc in
   1. *Præcognitis* :
      1. *Fine Juriſperiti:* Qui tum
         1. Ultimus, JUSTITIA. Una illa, ſed doctrinæ cauſâ in duas ſpecies diſtributa: cujus poſterioris, ſubdiſtinctæ iterum, & Materia Objectiva, & Forma, expenditur: in Parte I.
         2. Intermedius, JURISPRUDENTIA.

TIT. I. *De Juſtitia & Jure.*

      2. *Medio* ad finem apto, quod eſt Jus *ſyſtematicè* ſpectatum. Parte II. Et tum ratione *Objecti*, ubi PUBLICUM aliud; aliud PRIVATUM: tum *Forma*, Præceptorum juſtitiæ. Jus autem à juſtitiâ appellatum, vel
         1. *materialiter* & *abſolutè* conſideratur. Eſtque vel
            1. *impropriè* & tantùm ratione præcipientis tale: ùt JUS NATURALE.
            2. *Propriè*; & ratione obedientis: Et eſt *rationis* tam *ſimplicis*, ùt Jus GENTIUM *primævum*: quàm ejus, quæ cum diſcurſu conjuncta: vel *omnium Gentium*; ſive uſus earum attendatur, ſive neceſſitas: Jus Gentium *ſecundarium*: vel *unius* tantùm *Reipublicæ*; unde JUS CIVILE.
         2. *Formaliter:* ut præcipiens magis denotet, atque ad *Jus Romanorum* reſpiciat. Eô modô vel

II. *De Origine Juris, & omnium Magiſtratuum, & Succesſione Prudentum.*

            1. *Summatim* exhibetur & *hiſtoricè*. Iterumque vel
               1. *In fieri*. P. I. ubi ORIGO JURIS, tam *ante Juſtinianum*, in ſtatu Reip. tenui & florente, quàm *Juſtinianêo tempore*.
               2. *in facto eſſe*. P. II. ut vel illud
                  1. Reddat, cum exequendi poteſtate, MAGISTRATUS. Membro I. qui & defin. & diſtingv. ùt alius ante Auguſtum in Regio & populari ſtatu, fuerit: Alius *Auguſti tempore*.
                  2. Abſque eâ interpretetur JURISCONSULTUS. Membr. II. cujus itidem proponitur definitio & diſtinctio, uti JCtor. quidam *ante*, nonnulli *poſt Edictum perpetuum*, vixerint.
            2. *Diſtinctim & realiter*. Et jus aliud procedit à

III. *De Legibus Senatusq; Conſultis & Longâ Conſuetudine.*

               1. *Principalibus*, in ſtatu
                  1. *Democratico*. Ubi &
                     1. Præmittitur *communis* Doctrina de LEGIBUS, tam in ſe, (*) quàm in adjuncto: *Interpretatione*. P. I.
                     2. Subjicitur *propria*: P. II. ubi jus aliud ab
                        1. *Expreſsô* Majeſtatis conſenſu: aliàs, à forma promulgandi, *ſcriptum*. Et vel
                           1. Populi immediatè: qui jus aliud conſtituit; unde LEX: aliud à plebe conſtitutum confirmavit; hinc PLEBISCITUM.
                           2. Senatu mediante. Ubi SENATUS C.
                        2. *Tacitô*. Eſt verò CONSUETUDO (*) & quodcunque eôdem modô vim juris accipit.

IV. *De Conſtitutionibus Principum.*

                  2. *Monarchico*. Suntque CONSTITUTIONES PRINCIPUM Quarum
                     1. Peculiaria, quatenus diſtingvuntur in
                        1. *Univerſales*, vel
                           1. regulari juris ratione conſtantes: tam *generales*, quàm *ſpeciales*; vulgò *privilegia*.
                           2. Singulari.
                        2. *Perſonales*. Quæ quidem jus analogicè conſtituunt.
                     2. Communia. (*)
               2. *Adminiſtris* & Paraſtatis, (tanquam in Supplemento:) Et vel
                  1. *Cum juriſdictione*. Unde PRAETORUM EDICTA & univerſum JUS HONORARIUM. (*)
                  2. *Sinè ea*. Ubi RESPONSA PRUDENTUM. (*)
   2. *Cognoſcendis*. Ea vel

V. *De Statu Hominum.*

      1. *Jus* complectuntur, tum
         1. *Perſonarum*, quæ vel
            1. *Abſolutè* ſpectantur & *naturaliter*: in nomine & re, (nempe *ſexu* & *adjunctis*.)
            2. *Relatè*, (quod hujus loci:) tum ad *jus*
               1. *Gentium*: Quô *Liberi* ſunt alii, alii *Servi*. Nati, facti.

a b c d

abcd

- 2. *Civile.* Ubi quilibet eſt vel *juris*
  - 1. *Sui.*
  - 2. *Alieni,* & vel in POTESTATE
    - 1. DOMINICA. (*)
    - 2. PATRIA: (*) cujus & modi
      - 1. *Conſtituendæ,* in *Nuptiis* veris,
        - 1. ab initio juſtis.
        - 2. ex poſtſ. LEGITIMATIONE: (*) tam in communib. quàm particular.
      - 2. *Diſſolvendæ* exponuntur, & vel
        - 1. explicitè, ubi modus *directus,* EMANCIPATIO, & (P. I.)
          - 1. ADOPTIONI (*) juncta, M. 1.
          - 2. *Nuda.* (*) M. 2.
        - 2. implicitè per MODOS *indirectos:* (P. II.) quibus vel
          - 1. *tollitur* Patr. Poteſtas, & *in totum,* morte nat. & civili; & in tantum, per Dignitatem.
          - 2. *Suſpenditur,* fictione juris Poſtliminii & eventûs L. Corneliæ.
- 2. RERUM, quarum &
  - 1. DIVISIO proponitur: (P. I.) tum ab
    - 1. *extrinſecâ* differentiâ, in *corporales* & *incorporales.*
    - 2. *intrinſecâ* & à *jure* tributâ: in *communes* ſc. tam abſolutè tales, quàm modò quo dam, & *ſingulares.*
  - 2. QVALITAS, (P. II.) quatenus per eam ſub acquiſitionem cadant. Sunt enim aliæ.
    - 1. *extrà,* aliæ
    - 2. *intrà privatorum* patrimonium, & vel
      - 1. in bonis.
      - 2. ex bonis.
- 2. *Modum juris obtinendi.* Id quod fit tum
  - 1. *In Jure,* ſeu *coram tribunali* Prætoris: & quædam traduntur ratione
    - 1. *Magiſtratûs,* cujus exponitur &
      - 1. OFFICIUM. Quod,
        - 1. Præmiſsò *Ordine,* ex quo plerique Magiſtratus ſumebantur, Senatoriò: tum
          - 1. *Collectivè,* integrô SENATU: (*)
          - 2. *Separatim,* quoad ejus Capita, in CONSULATU. (*)
        - 2. Subjicitur: Et vel in
          - 1. Se & *principaliter,* in Magiſtratibus, tum
            - 1. *Urbicis.*
              - 1. *Ordinariis.*
                - 1. *Primi gradûs*
                  - 1. PRÆFECTURA PRÆTORIO. (*)
                  - 2. PRÆFECTURA URBI. (*)
                - 2. *Ulterioris,* & vel
                  - 1. QVÆSTURA, (*) quâ *ærarium;*
                  - 2. PRÆTURA, (*) quâ *juriſdictio* curabatur.
              - 2. *Extraordinario:* PRÆFECTURA VIGILUM. (*)
            - 2. *Provincialibus,* in *ſtatu*
              - 1. *Populari.* Ubi PROCONSULATUS (*) *in ſe,* & adjunctâ functione LEGATIONIS. (*)
              - 2. *Monarchico.* Et præfectus fuerat Magiſtratus, vel
                - 1. *toti Provinciæ.* De quo
                  - 1. Singulatim, in PRÆFECTURA AUGUSTALI. (*)
                  - 2. Univerſim: ut alius
                    - 1. *Summam rei* teneret: ubi PRÆSIDATUS. (*)
                    - 2. *Fiſcum* Imperatoris, ùt eſt PROCURATURA, (*) & adjunctum officium RATIONALIS.
                - 2. *Uni civitati: Alexandriæ.* Ubi functio JURIDICI. (*)
          - 2. *Operis ſubſidiariis,* tum *juris*
            - 1. *dictionem,* in MANDATARIO, cujus *Officium,* (de *poteſtate* ejus *in Libr. II. Tit. I.*) hîc exponitur.
            - 2. *ſuggeſtionem,* in ASSESSORATU (*) concernentibus.
      - 2. POTESTAS; (Maximè verò *Civilis:*) &
        - 1. In genere:
          - 1. In *Conſtitutione.* Ubi
            - 1. CIVILIS (*) præcipuè (P. I.) in
              - 1. *Nomine* expenditur. Sic enim JURISDICTIO alia
                - 1. *immediatè* per *Legem* defertur, EXTRAORDINARIA:
                  - 1. *purè* talis.
                  - 2. *ſecundùm quid,* quæ etiam Majoribus Magiſtratib. ùt talib. cõpetit, quò actus VOLUNTARIÆ. JURISD. referuntur.
                - 2. *Mediatè* & *Jure magiſtratus,* Eſtque ORDINARIA & propriè ſic dicta Juriſdictio.
              - 2. *re ipſâ,* inprimis in cauſis internis, ubi & in
                - 1. *Materiâ Subjectivâ*
                  - 1. (*Activâ*) MANDATA juriſdictio, (*) quâ per alium quandoque jus dicunt Magiſtratûs:
                  - 2. (*Paſſivâ*) PROROGATA, (*) quâ etiam non competenti Judici Partes ſubſunt, explicatur.

a b c d e f g

VI.
*De His qui Sui vel Alieni Juris ſunt.*

VII.
*De Adoptionibus & Emancipationibus, & aliis modis quibus poteſtas ſolvitur.*

VIII.
*De Diviſione Rerum & Qualitate.*

IX.
*De Senatoribus.*

X.
*De Officio Conſulis.*

XI.
*De Officio Præfecti Prætorio.*

XII.
*De Officio Præfecti Urbi.*

XIII.
*De Officio Quæſtoris.*

XIV.
*De Officio Prætorum.*

XV.
*De Off. Præfecti Vigilum.*

XVI.
*De Off. Proconſulis & Legati.*

XVII.
*De Off. Præfecti Auguſtalis.*

XVIII.
*De Off. Præſidis.*

XIX.
*De Off. Procur. Cæſ. vel Rational.*

XX. *De Off. Juridici.*

XXI. *De Off. ejus, cui mandata eſt Juriſdictio.*

XXII. *De Off. Aſſeſſorum.*

# LIBR. II.

TIT. I.
*De Juriſdictione.*

2. For-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0008-1

abcdefg

- 2. *Forma*, alius modus
  - 1. *exercendæ* jurisdictionis eſt, in *plano*, vel *coram tribunali*.
  - 2. *exequendæ*, per MIXTUM IMPERIUM. (*)
- 2. *Criminalis.* MERUM IMPERIUM. (*)
- 2. *Conſtitutæ Tuitione*, (P. II.) per Edictum de ALBO CORRUPTO. Igitur & *Delictum* (*) conſideratur, & coërcitio, per *actionem* popularem. (*)
- 2. *Specie*, quoad cujusque pronunciati effectum; & tum
  - 1. *Juſtitiæ* & *æquitatis*, in
    - 1. *Statuente* (M. 1.) Jus novum, *Magiſtratu*: ubi iterum tam *Delictum* exponitur, (*) quàm *remedium* ejus extraord. (*)
    - 2. *Impetrante*: (M. 2.) & exponitur tum *Delictum* (*) tum *Coërcitio* ejus, in Poſtulatione ſimili.
  - 2. *Authoritatis*. Quam imminuit CONTUMACIA; (*) niſi ei remedium ACTIONE IN FACTUM. (*) quæratur.
- 2. *Litigantium*.
  - 1. *Rei*, de cujus IN JUS VOCATIONE (*) agitur, & in
    - 1. *Peculiaribus*.
      - 1. *Conſentaneis*, præcipuè Subj. paſſiv. negativò. Et *actione ex edicto* (*) ſi quis contrà illud vocatus fuerit.
      - 2. *Diſſentaneis*, effectum ejus impedientibus, quæ intentantur vel
        - 1. *ab ipſo reo vocato*: & vel *fugiente* jus
          - 1. *Illicitò modò*, quando vel notoriè illicitò emanet, quod *Delictum* (*) in (P. I.) VOCATUM reſpiciente; vel quando ob id ſe non venire prætendit, quòd non rectè vocatus ſit, ex causâ incompetentiæ dubiâ: quæ causa cum *coërcitione rei*, (P. II.) VOCANTEM concernente, exponitur. (verit.
          - 2. *licitò*, ſi ab in jus abſtractione ſe per idoneam cautionem libera-
        - 2. *à tertio*, qui vocatum vi exemit, contrà quem ex Edicto comparata eſt *actio*. (*)
    - 2. *Communibus* unà *Judicio*; velut CAUTIONE: (*) cujus &
      - 1. *Conſentanea* exhibentur,
        - 1. *in genere*, in tr. *communi* (*) & *particulari*, in cautionis ſpecie quâlibet.
        - 2. *In ſpecie* ratione *formæ*, quomodo ſi *ex* NOXALI JUDICIO Dominus conveniatur, ſatisdet.
      - 2. *Diſſentanea*, quibus ea eliditur; & vel
        - 1. *Mediatè*, factô hominis:
          - 1. TERTII, *actione* (*) coërcendi.
          - 2. IPSIUS QUI CAVIT. Qui vel *excuſare ſe poteſt*: (P.I.) & non auditur: vel *non poteſt*: & coërcetur, ex commiſsâ ſtipulatione ... (P. II.)
        - 2. *Immediatè*, & vel *ſpecialiter* (P.I.) à *Lege* indictis FERIIS. (*) M. 1. Aut à *Magiſtratu* datis DILATIONIBUS, ſ. Terminô. (*) M. 2. vel *generaliter* (P. II.) ſi quodvis TEMPUS, quô jus non dicitur, obveniat: id quod vel *totum*, ùt *utile* vel *continuum*, ſpectatur; vel *in parte*, *die* tum *naturali* tum *civili*.
  - 2. *Actoris*, dum vel
    - 1. *Integra* adh. eſt ei actio, quando vel
      - 1. *Ipſe* in jure *comparet*, eamque edit: & expenduntur tum
        - 1. *Conſentanea* EDITIONIS: (*) (P. I.) quomodo ſe jure vet. & novô, in *Forma* per *Libellum*, (*) habeat. Annexâ tamen (P. II.) *Inſtrumentorum*, tam *peculiarium*, *Argentariorum* ſcil. (*) M. 1. quàm *quorumvis* editione. M. 2.
        - 2. *Diſſentanea*, modi, quibus actionis vis impeditur. Sunt
          - 1. PACTA, de quibus & *in*
            - 1. *Genere* in (1.) Defin. (2.) Diviſ. quâ, *ratione Materiæ*, in realia & perſ. *Forma externa*, in expreſſa & tacita; & *interna* in Legitima & juris Gent. dividuntur. Hæc iterû & *per ſe* conſiderantur, & quatenus *adjecta* ſunt contractib. b.f. vel ſtricti juris, eorundemque tum *ſubſtantiâ*, tum *adminiculis*.
            - 2. *Specie*. (*)
          - 2. TRANSACTIO. (*)
      - 2. *Vicariâ* alterius *ope* utitur. Quæ & ratione
        - 1. *Materiæ ſubjectivæ* ſpectatur: *Perſonarum* pro aliquo intervenientium. Ubi
          - 1. POSTULATIO * præcipuè ejus Subj. Act.
          - 2. *Procuratio*, cujus &
            - 1. *Impedimentum* præmittitur, INFAMIA *juris*, immediata & mediata, & *facti*: iisque affinis *levis nota macula*.
            - 2. *Conſtitutio* ſubjicitur tum in
              - 1. *Se*, quat. vel eſt
                - 1. *Privatorum*. Eſtque propriè dicta PROCURATIO, (*) (P. I.) ſi *cum mandato*: ſi *ſine mandato*, & *pro Reo*, DEFENSIO. (*) (P. II.) (*)
                - 2. UNIVERSITATIS. Et expenditur SYNDICATUS.
              - 2. Tractatu *affini* de NEGOTIORUM GESTIONE. (*)
        - 2. *Formæ*. Neque enim CALUMNIA, alieno etiam nomine, quis verſari debet; alias *actione in factum* (*) conveniendus.

ab c

II. *Quod quisque Juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem Jure utatur.*

III. *Si quis Jus dicenti non obtemperaverit.*

IV. *De in Jus vocando.*

V. *Si quis in jus vocatus non ierit: ſive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit.*

VI. *In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent.*

VII. *Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.*

VIII. *Qui ſatisdare cogantur, vel juratò promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur.*

IX. *Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur.*

X. *De eo per quem factum erit, quò minus quis in Judicio ſiſtat.*

XI. *Si quis Cautionibus in Judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.*

XII. *De Feriis & Dilationibus & Diverſis Temporibus.*

XIII. *De Edendo.*

XIV. *De Pactis.*

XV. *De Transactionibus.*

## LIBR. III.

TIT. I. *De Poſtulando.*

II. *De His qui notantur Infamiâ.*

III. *De Procuratoribus & Defenſoribus.*

IV. *Quod cujuscunq; Univerſitatis nomine vel contra eam agatur.*

V. *De Negotiis geſtis.*

VI. *De Calumniatoribus.*

abc

2. *Amiſſa* læſo *reſtituenda.* Hinc &

1. *In genere* de RESTITUTIONE IN INTEGRUM: (*) maximè in Mater. Subject. & Formâ; ratione *judicii* & perſonarum illud conſtituentium.

2. *In ſpecie.* Fit enim læſio, vel *ipsô læsô*, in negotiô, quô læditur,

  1. *Interveniente*, quod vel

    1. *penitus* eſt *illicitum:*

      1. METUS: (*) maximè in F., à quo *actio quod met. cauſa.* (*)

      2. DOLUS: (*) ubi *actio ſubſidiaria*: (*) quæ & *in ſe*, & in *affini, infactum actione*, (*) conſideratur.

    2. *quadantenus permiſſô, Læſione re ipsâ* contingente, quæ nec infrà dimidium permiſſa in MINORIBUS. Competit enim his *Reſtitutio* (*) de quâ in *Conſentan.* & *Diſſentan.* ratione *mater.* tam *ſubjectivæ*, Activ. & Paſſ. quàm *Objectiva.*

  2. *non interveniente*, ſed ut merè *paſſivè* ſe habeat: & læditur vel *ob mutatam Qualitatem*

    1. *Perſonæ*, cum qua res ei fuerat, per MINUTIONEM CAPITIS: [*] quam, (ùt Effectus Ortus,) *Reſtitutio* * ſequitur.

    2. *Rei*, tum

      1. *Retentæ* ab Adverſario. Ubi &

        1. *Cauſa* reſtitutionis,

          1. *Specialis*, ABSENTIA (1.) *Partium* (2.) *Magiſtratus.*

          2. *Generalis*, quæ tam ex *Facto*

            1. *Procurato* (1.) *Partium* vel (2.) *Tertii*; quàm

            2. *Caſuali* oritur.

        2. *Reſtitutio ipſa.* (*)

      2. ALIENATÆ. Unde *actio in factum Prætoria.* (*)

2 *Coram Arbitris.* Unde de RECEPTIS agitur, tum

1. *Arbitriis*, ſi per COMPROMISSUM (*) partes arbitrum aſſumſerint: cujus Effectus & *partes* reſpicit, & *Arbitrum ipſum.*

2. *Rebus concreditis*, quarum nomine competit &

  1. Actio in factum (*) *ex quaſi contractu.* M. 1.

  2. Actio *ex quaſi maleficio.* (*) M. 2.

# *PARS SECUNDA.*

2. *Judicia* ipſa. Et *Privatorum* quidem *Petitoria* ſunt alia: alia *Poſſeſſoria.* *Illa* naſcuntur vel *ex Jure in re*, vel ex *Jure ad rem.* Ex *hoc* Actiones *Perſonales*, de quib. in *Parte* Digeſt. *III.* Ex *illo* actiones *Reales* competunt, de quibus hâc *Parte II.* agitur, quæ &

1. *Generalia* tradit, in Tit. I. cujus pars

  1. *Principalis* agit de JUDICIIS, (*) præcipuè in cauſis internis S. O. & F. ubi *Proceſſus* juris *veteris* & *novi*: & in *Contrar.* Vindictâ privatâ.

  2. *Minùs principalis* de FORO, ejus *Definit.* & *varietate.*

2. *In ſpecie* Actiones ipſas recenſet, tam

  1. *In ſe.* Sunt autem Earum aliæ

    1. *Univerſales*, ex Jure vel

      1. *Directo*, tum

        1. *Civili: Hereditatis Petitio*, &

          1. *Qualificata:* INOFF. TEST. QVERELA: (*) cui inter *Contraria* jungitur de *Legitima* (*) Commentatio.

          2. *Abſoluta*, quando vel

            1. *Tota* petitur hereditas; PETITIONE HEREDIT. (*)

            2. PARS. Ubi quid juris ſit? docetur.

        2. *Prætorio.* POSSESSORIA HEREDIT. PETITIO. (*)

      2. *Obliquo.* FIDEICOMMISSARIA H. PET. (*)

    2. *Singulares.* Aliquæ ratione Rerum

      1. *Corporalium*, in quibus vel

        1. *Dominium verum* quis habet, quarum ratione datur REI VINDICATIO. (*)

        2. *Jus Dominio ſimile*, ùt

          1. *Bonæ fidei poſſeſſor*, cui PUBLICIANA actio. (*)

          2. *Emphyteuta*, cui EMPHYTEVTICARIA (*) competit. Hujus enim *Cauſa Effic. propinq.* eſt *jus Emphyteuticum*, (*) de quo latiùs.

      2. *Incorporalium.* *Servitutum*, quarum & nominalis & realis *Definitio* & *Diſtinctio* traditur in

        1. *Perſonales*, earumque tum

          1. *Propria* exhibentur cuique ſpeciei; tum

            1. *Plenis*, ùt ſunt

              1. USUSFRUCTUS. Qui ſpectatur &

                1. *In genere.* Ubi Ejus in P. I. (* i. e. *Cauſa*,) traduntur, & *Effectûs* in P. II.

                2. *In ſpecie* & vel

                  1. *In ſe.* Dum *Uſusfructûs*

                    1. *Veri* expenduntur &

                      1. *Conſentanea*, in uſufructu *ultimâ voluntate* relictô, cujus &

                        1. *Modus* exponitur, quatenus portio

a b c d e f g h i

# LIBR. IV.

TIT. I.

*De in integrum Reſtitutionibus.*

II.

*Quod metûs causâ geſtum erit.*

III.

*De Dolo Malo.*

IV.

*De Minoribus viginti quinque annis.*

V.

*De Capite Minutis.*

VI.

*Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituuntur.*

VII.

*De Alienatione Judicii mutandi causâ factâ.*

VIII.

*De Receptis: Qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.*

IX.

*Nautæ Caupones Stabularii, ut recepta reſtituant.*

# LIBR. V.

TIT. I.

*De Judiciis, & ubi quisque agere vel convenire deb[illegible]*

II.

*De Inofficioſo Teſtamento.*

III. *De Hereditatis Petitione.*

IV. *Si Pars Hereditatis petatur.*

V. *De Poſſeſſoria Hereditatis Petitione.*

VI. *De Fideicommiſſaria Hereditatis Petitione.*

# LIBR. VI.

TIT. I.

*De Rei Vindicatione.*

II. *De Publiciana in Rem Actione.*

III.

*Si Ager Vectigalis, i. e. Emphyteuticarius petatur.*

# LIBR. VII.

TIT. I.

*De Uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.*

II.

*De Uſufructu adcreſcendo.*

ejus

a b c d e f g h i

ejus nonnunquam per jus ACCRESCENDI (*) augeatur.
2. TEMPUS, EX QVO taliter relictus debeatur.
2. *Diſſentanea*, in *Tabulâ*.
2. *Quaſi* natura per (*) explicatur.
2. *Actionibus*, tam CONFESSORIA, (*) P. I. quàm NEGATORIA. (*) P. II
2. OPERÆ SERVORUM (*) maximè in Affinib. & Contrar.
2. *Minus plenis*, USUI (*) P. I. & HABITATIONI. (*) P. II.
2. COMMUNIA. Quæ inter, CAUTIO. (*)
2. REALES. De quibus &
1. *In genere* in
1. *Definitione* nominis & rei.
2. *Diviſione* in URBANAS & RUSTICAS, quarum
1. ILLÆ exponuntur; ùt aliæ *neceſſitatem*, aliæ *commoditatem*, tam *utilem*, quàm *voluptuariam* concernant: Neceſſitatem, in *ſuperficie* vel *aqua*: &c.
2. HÆ, ut & *Terram* & *Aquam* reſpiciant. Terram, ut vel in eâ *progrediamur*; vel *fruamur*, quod eâ producitur.
2. *In ſpecie* in
1. CONSENTANEIS
1. *Cauſis*, externis & internis.
2. *Effectibus*, Actionibus, CONFESSORIA (*) P. I. & NEGATORIA. (*) P. II.
2. DISSENTANEIS, in *Tabulâ*.
2. *Suppletoriis*. Qvarum aliæ
1. *Principales* ſunt; tum
1. *Affines* actionibus *realibus* reſpectu
1. *Finis*, quatenus *integritatem rei* procurant, nec alii ferè quàm Domino, & adv. eum, competunt. Deminuitur autem res noſtra vel ab
1. *Animalibus*. Ubi Actio de PAUPERIE (*) cum affini *Ædilitiâ* & *de Paſtu*.
2. *Hominibus*
1. *Liberis*, tum per
1. *Verum delictum*, ob quod DAMNI INJURIÆ actio: (*) de quâ *in genere* in P. I. *in ſe* & *Affini in factum Actione*. (*). *In ſpecie*, ùt ſecundùm *Tria* Legis Aquiliæ *capita*, quorum *medium* uſurpari deſiit, variet. P. II.
2. *Quaſi*: & P. I. exhibetur Tractatio *Principalis* de *Actione de* DEJECTO vel EFFUSO. (*) Parte II. *Acceſſoria* de *Poſitô* aut *Suſpenſo*. (*)
2. *Servis*, quorum nomine ACTIO NOXALIS (*) inſtituitur.
2. *Effic*[illegible] ſuntque actionum harum aliæ ex
1. *Confinio*. FINIUM REGUNDORUM Actio. (*)
2. *Communione*. Quæ alia rerum
1. *Univerſalium*. Hinc Actio FAMILIÆ ERCISC. (*)
2. *Singularium*: unde COMMUNI DIVIDUNDO Actio.
2. *Præparatoria*. Actio AD EXHIBENDUM. (*)
2. *Acceſſoriæ*. Harum aliæ ſpectant
1. Ipſum *ordinem judiciarium*, ejusque vel
1. Inchoationem ſ. *Fundationem* per INTERROGATIONES. (*) P. I. Hinc enim effectus Reſponſionis, & Effectus Ortus, ACTIO INTERROGATORIA (*) exponitur; Subjunctâ interrogationibus affini *Poſitionum* (*) materiâ.
2. *Productionem*, quæ fit ob *Cauſarum* CONTINENTIAM. (*)
2. *Rem* in judicium deductam, quarum verſantur quædam circà ea, quæ ſunt
1. *Humani juris*; adeoque in noſtro patrimonio, quatenus vel damnum nobis datum eſt, in rebus
1. *Animatis*, illis, quos in poteſtate habemus, dum vel
1. *Animus* eorum corrumpitur: Ubi Actio de SERVO CORRUPTO. (*)
2. *Corpus* ſubducitur: Actio de FUGITIVIS. (*)
2. *Inanimatis*, quatenus quid nobis ſubducitur, per
1. *Aleam*, & proponitur P. I. *Edictum* ALEATORUM causâ editum, de duobus delictis: *receptatione* aleatorum & *compulſione* ad ludendum, unà cum *modis coercendi*. P. II. *SenatusConſultum*, *ludentes*, etiam non coactos, concernens; de luſu *Aleæ*. (*)
2. Fraudem incuriamve ejus, qui FALSUM MODUM nobis renunciat. Ubi & *Delictum* (*) & *Actio* inde competens (*) exponitur.
2. *Divini*: Res *Religioſas*. Nam & harum ratione prodita ſunt remedia: quæ vel reſpiciunt.
1. *Funeris ductionem*; Et
1. *Præmittitur* P. I. de RELIGIOSIS *rebus* (*) Tractatio, cum Effectu, *Actione de Religioſis*, (*) ob illegitimam illationem.
2. *Subjiciuntur* P. II. *Remedia*, ad Deductionem funeris immediatè ſpectantia, ratione
1. SUMPTUUM; ubi *Actio* FUNERARIA. (*)
2. DEDUCTIONIS, parati jam funeris: *Actio in factum*. (*)
2. Ejus *ducti illationem* ſ. ſepulturam, Ubi interdictum, (ſ. actio extraordinaria.)
1. Unum de MORTUO INFERENDO. (*)
2. Alterum de SEPULCHRO ÆDIFICANDO. (*)

*III. Quando dies uſuſ. legati cedat.*
*IV. Quib. mod. uſuſ. vel uſus amitt.*
*V. De uſufr. ear. rerum, quæ uſu conſumuntur vel minuuntur.*
*VI. Si Uſuſ. petetur, vel ad alium pertinere negetur.*
*VII. De Operis Servorum.*
*VIII. De Uſu & Habitatione.*
*IX. Uſufructuarius qm. caveat.*

## LIBR. IIX.

*I. De Servitutibus.*
*II. De Servitutibus Prædiorum Urbanorum.*
*III. De Servitutibus Prædiorum Ruſticorum.*
*IV. Communia Prædiorum, tam urbanorum, quàm ruſticorum.*
*V. Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.*
*VI. Quemadm. ſervitut. amittuntur.*

## LIBR. IX.

*I. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*
*II. Ad Legem Aquiliam.*
*III. De his, qui effuderint vel dejecerint.*
*IV. De Noxalibus Actionibus.*

## LIBR. X.

*I. Finium regundorum.*
*II. Familiæ erciſcundæ.*
*III. Communi dividundo.*
*IV. Ad exhibendum.*

## LIBR. XI.

*I. De interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis Actionibus.*
*II. De quibus rebus ad eundem judicem eatur.*
*III. De Servo corrupto.*
*IV. De Fugitivis.*
*V. De Aleatoribus.*
*VI. Si menſor falſum modum dixerit.*
*VII. De religioſis & ſumtibus funerum, & ut Funus ducere liceat.*
*VIII. De Mortuo inferendo & ſepulchro ædificando.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-370479-p0011-7

# *PARS TERTIA.*

Ex JURE AD REM pendent Actiones maximam partem è contractibus natæ. Igitur *Contractuum* tum jus conſideratur, tum factum. (Lib. XXII. Tit. 3.) *Jus*, quatenus exponuntur &

- 1. *In ſe*
  - 1. *In genere* (*) (P. I.) de REBUS CREDITIS.
  - 2. *In ſpecie*, ùt ſunt
    - 1. *Nominati* alii, & vel h. l. (v. Lib. XLV.)
      - 1. *Reales*, quorum alii *Compenſationem*
        - 1. *Admittunt*; & eorum tum
          - 1. *Propria* traduntur: Ut quidam producant
            - 1. *Condictionem* ſtrictè dictã, veluti *Mutuum*. Eſt autẽ hoc vel
              - 1. *Verum*, cujus &
                - 1. *Conſtitutio*, (P. II.) in cauſis (*) (M. 1.) SI CERTUM PETETUR: Et effectu. (M. 2.) CONDICTIONE, cujus natura *in genere* in Def. & Diviſ. & *in ſpecie*, quoad h. l. in (*) exponitur, junctâ Affini de Contractu *Literarum* (*) doctrinâ.
                - 2. *Conſtituti* probatio ſubſidiaria, per JUSJURANDUM, quod exhibetur &
                  - 1. *In genere*, (*) præcipuè in Diviſ. & inter cauſas, in Forma tam præſtandi, quàm interpretandi. Item in *Contrariis*: Perjurio, Relaxatione.
                  - 2. *In ſpecie*, quatenus aliud eſt
                    - 1. *Deciſorium*, quod vel
                      - 1. *Pars parti* defert, tam
                        - 1. *Extrà* judicium, eſtq; VOLUNTARIUM. (*)
                        - 2. *Intrà* judiciũ: JUDICIALE. (*)
                      - 2. *Judex parti*, & eſt NECESSARIUM: de quo *in genere*: [in *Defin.* & *Diviſ.* in *Suppletorium*, (*) ſi ſemiplenè probatum fuerit, & ſi nec ſemiplenè, in *Purgatorium*: (*)] & *in ſpecie* in (*)
                    - 2. *Æſtimatorium* LITIS, quod & Def. & Divid. in juramentum in litem *affectionis* (*) & Juram. *Veritatis*. (*)
              - 2. [illegible] cujus occaſione exhibentur (actiones tum
                - 1. *Civiles*, *condictiones* ſc. tam
                  - 1. *Speciales*:
                    - 1. *Regulares*:
                      - 1. *Diſtincta*, quat. indebitum vel
                        - 1. *Latiùs* accipitur, & tale eſt *ex cauſa*
                          - 1. *Licita*. Hinc CONDICTIO OB CAUSAM DATI, (*) maximè in cauſâ effic. propinquâ.
                          - 2. *Illicita*. CONDICTIO OB TURPEM, (*) (P. I.) VEL ob INJUSTAM (P. II.) CAUSAM.
                        - 2. *Strictius*, pro eo, quod ob *cauſam præteritam*, eamque honeſtam, *ex errore* ſolvitur. Itaque hîc CONDICTIO INDEBITI, (*) præprimis in *Cauſâ Eff. prop.* ipsô *Indebitô*, & *Objectô*, traditur.
                      - 2. *Indiſtincta* & *ſubſidiaria*, CONDICTIO ejus, quod SINE omni CAUSA penes alium eſt. (*)
                    - 2. *Irregularis*, quòd eâ agamus adverſus non Dominum, ad rem nobis dandam: eſt ea CONDICTIO FURTIVA. (*)
                  - 2. *Generalis*, CONDICTIO EX LEGE (*) cum Affinib.
                - 2. *Prætoriæ*. Quarum aliqua
                  - 1. *Generalis* eſt, ad quaſcunque res *æſtimabiles* pertinens, CONDICT. TRITICIARIA. (*)
                  - 2. *Speciales* aliæ, & quidem una ex
                    - 1. *Conventione* ſeu *Placitô* ad locum reſtrictô: eſt *Condictio ejus* QVOD CERTO LOCO dari oportet. (*)
                    - 2. *Pacto Prætoriô*, CONSTITUTO, quod & *ipſum* (*) explicatur, & Eff. Ortus, *Actio Conſtituti*. (*)

a b c d e f

## LIBR. XII.

I. *De rebus creditis, ſi certum petetur, & de Condictione.*

II. *De Jurejurando, ſive Voluntario, ſive Neceſſario, ſive Judiciali.*

III. *De in litem jurando.*

IV *De Condictione causâ data, causâ non ſecutâ.*

V. *De Condictione ob turpem vel injuſtam cauſam.*

VI. *De Condictione indebiti.*

VII. *De Condictione ſinè cauſa.*

## LIBR. XIII.

I. *De Condictione furtivâ.*

II. *De Condictione ex Lege.*

III. *De Condictione Triticiaria.*

IV. *De Eo quod certo loco dari oportet.*

V. *De Pecuniâ conſtitutâ.*

abcdef

2. *Actionem perſonalem*, quæ non ad dandum, ſed factum reſtitutionis ejus rei comparata eſt, quæ vel apud alterum eſt ad

VI. *Commodati vel contrà.*

1. *Uſum* aliquem certum, ex COMMODATO, quod & ipſum(*) ſpectatur, & actio inde orta, tam *Directa* (*) quàm *Contraria.* (*)

2. *Securitatem crediti*, ex PIGNORE, tanquam contractu reali: de quo *in ſe* (*) & in *Effectu*, *Actionis Directæ* (*) & *Contraria.*(*)

VII. *De Pignoratitia Actione & contrà.*

2. *Communia* aliis quoque Contractibus, præter reales: & vel comparata ad actiones

# LIBR. XIV.

1. *Conſtituendas*, quatenus aliquæ *aliorum intuitu* adverſus nos dari poſſunt. Quarum Cauſæ originariæ ſunt &

I. *De Exercitoria Actione.*

1. *Præpoſitio*, facta negociationi tum

1. *Maritima.* Cujus tractatio alia eſt

1. *Principalis*, in actione generali EXERCITORIA. (*)

2. *Acceſſoria* ſ. ſpecialis, in L. RHODIA. Et proponitur non tantùm *Lex* ipſa, ſed & *Remedium* exinde competens, *Actio Locati* (*) *ſpecialis.*

II. *De Lege Rhodia de Jactu.*

2. *Terreſtri.* Unde *Actio* INSTITORIA. (*)

III. *De Inſtitoria Actione.*

2. *Poteſtas.* Ubi vel magis reſpicitur

IV. *De Tributoria Actione.*

1. *Modus* obligationis, quô reſpectu convenitur vel

1. *Dominus & Parens* ipſe, ob inæqualem peculii inter creditores *diſtributionem*, Actione TRIBUTORIA.(*)

2. *Filiusfam.* qui

1. *Regulariter* ex contractu, dum in poteſtate fuerat, GESTO, convenitur, poſtquam ſui juris factus eſt, *actione Prætoriâ* (*) IN QVANTUM FACERE *poteſt.*

V. *Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe [di]citur.*

2. *Singulari* ratione, ex *mutuo* ſi conveniatur, ei *per* SC. MACEDONIANUM conceſſum eſt Remedium exceptionis. Ubi & *SCtum* ipſum (*) & *Exceptio* (*) traditur.

VI. *De Senatus Conſulto Macedoniano.*

2. *Cauſa.* Unde, cùm & ea varia ſit, Pater vel Dominus aliquando

# LIBR. XV.

1. Non obligantur in ſolidum, ſed vel

1. *Peculiotenus*, & hîc quidem

1. *Præmittitur* doctrina de PECULIO generalis, in *Def.* & *Diviſ.*

I. *De Peculio.*

2. *Subjicitur* in ſpecie *Actio de peculio* profectitio: Cujus & exponitur

1. *Natura.*(*)

2. DURATIO.

II. *Quando de Peculio actio annalis eſt.*

2. Quatenus in rem Domini vel Patris verſum eſt. Unde *Actio* DE IN REM VERSO. (*)

III. *De in Rem verſo.*

2. Obligantur, ob juſſum interpoſitum. Hinc *Actio* QVOD JUSSU. (*)

IV. *Quod juſſu.*

# LIBR. XVI.

2. *Dirim*... Eſt autem gemina *Exceptio:* Altera

1. *Peculiaris* mulieribus, ex SC. VELLEJANO, quod h. l. per * & maximè in *Objecto*, interceſſione; & *Effect.* tum verò & in *Contrar.* traditur.

I. *Ad Senatus Conſultum Vellejanum.*

2. *Communis* perſonis quoque aliis, COMPENSATIO: (*) cui *Aff.* annectuntur, *Reconventio* * & *Retentio.* (*)

II. *De Compenſationibus.*

2. *Reſpuit* unum DEPOSITUM, de quo & in genere in Def. & Diviſ. & in ſpecie, quatenus aliud eſt rei

III. *Depoſiti vel contrà.*

1. *Non litigioſæ*, eſtque *Depoſitum* propriè ſic dictum, & h. l. Quod tam in ſe (*) ſpectatur, quàm in Effectu, tum *proximo*, & vel *ſingulari*, in privilegiis quibusdam, vel *communi*, in obligatione ipsâ: tum *orto*, *Actione Directa* (*) & *Contrariâ.* (*)

2. *Litigioſæ: Sequeſtrum.* (*)

. *Conſenſuales.* Quorum alius

# LIBR. XVII.

1. *Unum* tantum contrahentem *principaliter* & *directò* obligat, & gratuitus eſt, MANDATUM, de quo in (*) & effectu orto, *Actione Directâ* (*) & *Contrariâ.* (*)

I. *Mandati vel contrà.*

2. *Utrumque*, & verſantur circà *rei* vel

1. *Dominium*, & tum

1. *Communicandum*, ùt SOCIETAS, (*) cum effectu *actionis pro Socio.* (*) Contrar. deinde & Affinibus.

II. *Pro Socio.*

2. *Transferendum*, ùt EMTIO VENDITIO. Conſideratur autem vel

# LIBR. XIIX.

1. *In ſe*, in

1. *Conſentaneis*

1. *In genere*, (*) maximè in *Materiâ Objectivâ* & *Formâ:* ubi inter *Accidentalia* de *Pactis* aliquibus *Retrovend. Retractûs Conventionalis*, &c. & adjunctâ *Arrhâ.*

I. *De Contrahenda Emtione, & de Pactis inter Emptorem & Venditorem: & quæ res venire non poſſunt.*

2. *In ſpecie*, quoad

1. *Formam.* Solet enim frequentiùs Emptioni Venditioni addi *Pactum*

1. ADDICTIONIS IN DIEM, cujus (*) & *Effectus* exponuntur: tam *peculiaris* cuique addictionis ſpeciei, *ſuſpenſivæ* & *reſolutivæ*: & vel primi vel orti; quàm *communes* utrique, & vel *venditorem* vel *emptorem* reſpicientes.

II. *De in diem Addictione.*

2. COMMISSORIUM, quod iterum in (*) & *Effectu*, primo & orto, itemque in *Contrar.* ſpectatur.

III. *De Lege Commiſſoriâ.*

2. *Materiam Objectivam: Res incorporales.* Unde in (M. 1.) VENDITIO HÆREDITATIS in (*) & Effe-

IV. *De Hæreditate vel Actione Vendita.*

ab c d e

abcde

ctu orto, *Actionibus* pp. obligationes è venditione illa ortas competentibus, tùm *Empti*, (*) maximè in Objecto & Effectu, tam *utrumque contrahentem*, quàm *creditores hæreditarios* reſpiciente, tùm *Venditi*; (*) & in (II. M.) VENDITIO ACTIONIS (*) exhibetur.

2. *Diſſentaneis*, effectum impedientibus. Et retractatur quidem Emptio Venditio vel — V. *De Reſcindenda Venditione & quando licet ab Emptione diſcedere.*

1. *Authoritate Magiſtratus*; (in P. I.) & RESCISSIO contractûs dicitur, quæ & in
   1. *Cauſis* ſuis ſpectatur, tam quæ fuêre *jure Vet. Digeſtorum: Dolus* & *Metus*, in contractum incidentes; ſi modò impletus contractus fuiſſet: quàm quæ *jure Cod.* acceſſit, *Circumventio.* (*)
   2. *Remediis*, ibi quidem Actionibus dicto Jure proditis: Hîc autem *Condictione* ex L. 2. C. de Reſc. Vend. (*)
2. *Arbitrio Partium*, (P. II.) contractu nondum impletô, per DISSENSUM MUTUUM. (*)

2. *Effectibus*, tum — VI. *De Periculo & Commodo rei Venditæ.*

1. *Proximis* ſingularibus in
   1. *Rebus* præcipuè illis, quæ menſurâ & pondere conſtant, quarum, ùt & cujusvis rei alterius venditæ, & PERICULUM (*) in (M. I.) præprimis in *Contrar.* & COMMODUM, (*) in (M. II.) proponitur.
   2. *Hominibus* SERVIS, quorum venditioni variæ *pactiones* adjiciebantur. Ubi quidem earum — VII. *De Servis exportandis, vel ſi ita mancipium venerit, ut manumittatur, vel contrà.*
      1. *Duæ exprimuntur*, (P. I.) altera de ſervis
         1. EXPORTANDIS; (*) maximè in Effectu. (M. I.)
         2. MANUMITTENDIS. (*) (M. II.
      2. *Una* in textu *adjicitur*, (P. II.) de *Ancilla non proſtituendâ*, quæ Pactio & in ſe, & in Effectu deſcribitur.
2. *Ortis*, ACTIONE EMPTI (*) (M. I.) & VENDITI. (*) (M. II.)

## LIBR. XIX.

2. *Uſum.* LOCATIO CONDUCTIO, quæ & — I. *De Actionibus Empti & Venditi.* II. *Locati Conducti.*

1. *In ſe* ſpectatur, in (*) & *Effectibus* ortis, *actione Locati* (*) & *Conducti.* (*)
2. *Contractus Affini, Emphyteutico*, iterum in (*) & *Effectu* orto, tum *immediato, actione Emphyteuticaria*, (*) utrinque principali; tum *mediato*, ratione *Commodorum* & *Incommodorum*, ad *Dominum* vel *Emphyteutam* pertinentium.

2. *Innominati*, & eorum alii

1. *Speciali nomine*, *non* tamen *eleganti*, inſigniuntur: — III. *De Æſtimatoria.* IV. *De Rerum permutatione.*
   1. ÆSTIMATORIUS. (*)
   2. PERMUTATIO, (ſpeciei, cum ſpecie.) (*)
2. *Generali* veniunt; E quibus *Actio* PRÆSCRIPTIS VERBIS competit: quæ & *in ſe*, in (*) maximè Cauſa effic. propinquâ: & in *effectu* IN FACTUM *actione* (*) expenditur. — V. *De Præſcriptis Verbis & in factum Actionibus.*

# PARS QUARTA.

## LIBR. XX.

. *In Acceſſoriis*, quorum alia ad *Contractuum* pertinent

2. 1. *Securitatem*, velut PIGNUS, de quo, ùt jure in re, — I. *De Pignoribus & Hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de Pactis eorum.*

1. *In genere*, (*) & *Effectibus communibus*, Remedio maximè petitorio, *Actione* HYPOTHECARIA. (*)
2. *In ſpecie*, ùt quædam pertinent ad
   1. *Conſentanea*, & tum
      1. *Cauſas*,
         1. *Formalem.* Conſtituuntur enim nonnunquam pignora TACITè ab ipsâ *Lege*, tam *cauſas*, quàm *intervenientes*, & Creditorum & Debitorum, *perſonas*, reſpiciente. (*in Tabulâ:*) — II. *In quibus cauſis Pignus vel Hypotheca tacitè contrahitur.*
         2. *Materialem*, negativè tractatam. Nequeunt enim res aliæ pignori obligari *jure*; aliæ ex *natura* contractûs. (*in Tabulâ.*) — III. *Quæ res Pignori vel Hypothecæ data obligari non poſſunt.*
      2. *Effectus ſpeciales*, tum
         1. *Comparatum*, quisnam inter plures ſit POTIOR: ubi prærogativam in pignore quis nanciſcitur, vel *jure* — IV. *Qui potiores in Pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.*
            1. *Propriô*, (P. I.) ubi & *Regula* & *exceptio* exponitur, quâ aliqui ratione *obligationis principalis*, alii ratione *ipſius pignoris*, tanquam *acceſſoriæ*, præferuntur. *Priori modo* vel *favor cauſæ*, tam *publicæ* quàm *privatæ*, vel *perſonæ* reſpicitur.
            2. *Alienô*, dum IN alterius LOCUM SUCCEDIT vel chirographarius, vel hypothecarius. (P. II.)
         2. *Abſolutum*: DISTRACTIONEM (*) pignoris; præcipuè in *Forma* ſubſtantiali & accidentali: Et *Effectu*, qui & *contrahentes*, & *debitorem* ipſum, reſpicit: Item *contrariis*, *emptore* vel *non reperto*, vel *reperto*, evenientibus. — V. *Diſtractione Pignorum & Hypothecarum.*
   2. *Diſſentanea.* Quatenus PIGNUS SOLVITUR intuitu *Obligationis* cùm *principalis*, [& vel *ipſo jure*, (*directo* & *indirecto*,) vel *per exceptionem*,] tum *acceſſoriæ*: idque vel *facto contrahentium* vel *caſu*. — VI. *Quibus modis Pignus vel hypotheca ſolvitur.*

## LIBR. XXI.

2. *Integritatem.* Sic enim aliqua

1. *Subſtantiam contractus* tuentur, ſi vel res
   1. *Vitioſa* vendita fuerit, ubi emptori per EDICTUM ÆDILITIUM ſuccurritur, quod (P. I.) & *in ſe* conſideratur, (*) & in *Remediis* tum — I. *De Ædilitio Edicto, & Redhibitione, & Quanti Minoris.*
      1. *Principalibus.* Quorum alia
         1. *Specialia* ſunt,
            1. *Actio* REDHIBITORIA; (*) in *Causâ Eff.* maximè *propinquâ*,

a b c d e

vitiô

abcde

vitiô eximiô rei venditæ.

2. *Actio* QVANTI MINORIS, (*) ſi vitium exiguum fuerit.

2. *Commune* aliud & ſuppletorium, *Actio in factum*, (*) poſt factam redhibitionem, emptori, ad pretium recuperandum, competens.

2. *Adjectô* ob affinitatem *Cauſa Eff. remota.* Eſt autem *Actio*,(*) adv. eum, qui *animal noxium* in publico habuit, comparata.

2. *Aliena.* Ubi & ipſa EVICTIO (*) conſideratur: & Remedium adverſus Authorem à quo rem evictam habemus: ſi vel

II. *De Evictionibus & Dupla ſtipulatione.*

1. *Tertius* evicerit,
   1. *Ordinarium* unum: *Actio ex Empto* (*) in hypotheſi;
   2. *Speciale* alterum: *Actio* EX STIPULATU. (*)
2. *Ipſe Venditor:* adverſus quem EXCEPTIO (*) datur.

III. *De Exceptione rei vendita & tradita.*

2. *Emolumenta* procurant. Unde de Commodis illis agitur &

## LIBR. XXII.

I. *De Uſuris & Fructibus, & Cauſis, & omnibus Acceſſionibus, & Morâ.*

1. *In genere,* tum
   1. *In ſe,* quatenus rem vel
      1. *Comitantur:* ſuntque vel
         1. Diſtincta & *definita:* quæque rei accedunt tum
            1. Ex *Uſu civili*: Unde USURÆ. (P. I.) quæ &
               1. In ſuâ *natura* exponuntur.(*)
               2. *Remediis Actionum* pro varietate *Cauſæ Eff. prop.* variantium tum *Exceptionum,* unà cum aff. *Annuis Reditibus.* (*)
            2. *à natura,* vel *ſolâ,* vel cooperante hominis *induſtria*: ubi FRUCTUS, in ſe (*) maximè in Diſtinct. ab *Eſſentia* & *Exiſtentia*: item *Cauſ. Effic. propinq.* & *Remediis,* quæ quidem ob *Cauſam Eff. prop.* varia. (P. II.)
         2. *Indiſtincta* & *ſubſidiaria*; ùt cætera *Accidentia,* quæ neque fructuum neque uſurarum nomine cenſeri poſſunt: CAUSA: iterum *in ſe* (*) & *Remediis,* realibus & perſonalibus. (P. III.)
      2. Eam intrinſecè *conſtituunt,* ùt ACCESSIO, itidem *in ſe* (*) & *Remed.* (P. IV.)
   2. In potiſſima *cauſa,* MORA. (*)
2. *In ſpecie* de FOENORE NAUTICO. (*)

II. *De Nautico Fœnore.*

Sequuntur quæ ad FACTUM, ejusque Probationem, in Contractibus etiam, pertinent, Unde de PROBATIONIBUS agitur

III. *De Probationibus & Præſumptionibus.*

1. *In genere* tum
   1. *In ſe* (P. I,) (*)
   2. *Affini,* PRÆSUMPTIONE, (*) (P. II.) cui annectitur *Fictio.* (*)
2. *In ſpecie,* quoad
   1. *Conſentanea* in ſpeciebus *inartificialibus,*
      1. INSTRUMENTO, cujus &
         1. *Conſentanea* exponuntur,(*) (P. I.) præprimis in *Diviſ.*
         2. *Diſſentaneum* unum, AMISSIO. (P. II.)

